

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

24

1376 gennaio 31, Ind. XIV, Matera

† In nomine Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi. Anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo sexto. Regnante ... Iohanna Dei gratia Ierusalem et Sicilie regina, ducatus Apulie, principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum eius anno tricesimo quarto, mense ianuarii, die ultimo eiusdem quatedecime indictionis, Matere.

Nos Nicolaus de Angelo, annalis Matere iudex, Angelus notarii Petri, de eadem terra, puplicus per provincias terre Ydronti, terre Bari, Basilicate et Capitinate regia et reginali auctoritate notarius ... presbiter Angelus Stephani Galli, Eustasius dopni Stephani, Iacobus Magnaresius, Iohannes de Novillono et Ciccus Angeli Ricii, testes ... notum facimus ... quod ... constituta religiosa et honesta mulier ... soror Clara ... abbatissa monasterii Sancte Lucie, de Matera, una cum conventu ipsius monasterii, stante secum pro momentaneo advocato suo, causa honoris et ecclesiastice dignitatis, Iohanne de Castaldo, de eadem terra, confisa ... de fide et legalitate providi viri Iacobi Petri de Nicolao Rubeo, de Materaa ... fecit ... ipsum ... suum ... procuratorem... ad procurandum, gubernandum, regendum, manutenendum et defendendum ... omnia ... bona dicti monasterii ... sita ... tam in dicta terra Matere, quam in civitatibus Monopuli, Minerbini et terra Spinaciole et earum territoriis ... seu ubicumque ipsaque bona locandi ... et ad petendum ... et recolligendum ... omnia debita, actiones et iura debita eidem monasterio ... et ad quietandum ... quamcumque seu quascumque personas de toto eo quod ipsum procuratorem continget ... percipere ... et ad obligandum ipsam ... abbatissam et conventum prefatum ... et bona ipsius sub penis

et obligationibus oportunis... et in predicto, si necesse fuerit ... in iudicio comparendi ... et generaliter omnia alia ... in premissis ... necessaria ... fideiubens et obligans se eadem domina constituens cum conventu prefato pro predicto procuratore suo ac substituendis ab eo sub upotheca et obligatione omnium bonorum dicti monasterii ...

+ Nicolaus de Angelo annalis Matere iudex

+ Ego presbiter Angelus Gallus testor qui supra

+ Signum crucis proprie manus Iacobi Magnaresii qui supra scribere nescientis

+ Signum crucis proprie manus Cicci Angeli Ricii qui supra scribere nescientis

+ Signum crucis proprie manus Iohannis de Novillono qui supra scribere nescientis